

DISPUTATIO XXXVIII.

De superstitione & divinatione.

Relictis aliorum deductionibus hujus vocis. *Superstitio*. Veritati & rei ipsi videtur conformior ea, quæ ex S. Isidoro adducitur videlicet : à superstatuto sive superinstituto, quod sit superflua vanaque observantia super statuta seu instituta majorum. Unde quicumque indebitus cultus sive exhibeatur ei, cui non debetur, sive eo modo, quo non debetur, vocatur superstitione. Divinatio à divinando dicta significat vitium, quo seclusâ Dei revelatione per media à Deo non ordinata occultorum vel futurorum cognitio quæritur, & taliter futura prænuntiantes divini & divinare dicuntur, tum quod mentiantur se esse Deo plenos & à Deo inspiratos sive afflatos, tum quod usurpent illud, quod Deo soli proprium est.

QUÆSTIO I.

Quid superstitione & quæ ejus partes ?

DICO I. *Superstitio est vitium Religionis oppositum secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultum divinum quam vera Religio, sed quia exhibet cultum divinum vel cui non debet vel eo modo quo non debet* S. Th. hic Q. 92. A. 1. in O.

Explicatur : duo generaliter sunt vitia Religionis opposita, unum per excessum, alterum per defectum, per defectum opponitur Religionis irreligiositas, quæ Deo vel in se vel in rebus sacris non exhibetur cultus, cujus species ex ordine pertractat S. Th. & sunt *tentatio Dei* : quæ exploratur, num Deus sciat vel velit aut possit id, quod ipsi proponitur, *blasphemia*, de quâ actum est hæc Parte Disput. XI. Q. 1. *Sacrilegium & Simonia*, de quibus inferiùs ; per excessum verò opponitur

Re-

De Super
Religionis super
cum ipse in
divinus exhibi
exhibendus, v
ole etiam sup
ternativè, cum
modum servata
DICO 2.
parte objecti
Probatum :
videtur honeste
objectum Re
suum est illud
sita, vitium a
ergo supersti
tionem ad Re
Deo soli de
one dividitur g
& superfluum
adorari debe
lis, oppositu
vitio inferiùs
dicitur, qui h
aliquid falsum
igit vel ex parte
imitur in cultu
si fingat quis
religiosus, cum te
tatem non trib
qui nomine Ec
per se Sacerd
mitteret falsi
medii assumpt
Deum colenti
modo offert vitu

VIII,
ne,
rocis. Super
tormior ea
superstaturo
que observan-
Unde quicun-
cui non debe-
catur supersti-
ficat vitium
o non ordi-
uatur, &
re dicuntur,
à Deo inspi-
tud, quod

Religioni superstitio, non quasi Deus nimis coli possit, cum ipse infinito cultu sit dignus, sed quod cultus divinus exhibeatur vel alteri à vero Deo, cui non est exhibendus, vel modo indebito exhibeatur vero Deo. unde etiam superstitio describitur: Religio (nempe alienativè, cum non sit vera sed falsa Religio) supra modum servata.

DICO 2. *Diversificantur superstitionis species...*
ex parte objecti S. Th. hic Q. 92. A. 2. in O.

Probatur: eodem modo distinguuntur vitia, quod dividitur honestas, cui adversantur; quæ honestas sicut est objectum Religionis, ita objectum illi honestati oppositum est illud, quod diversificat vitia Religioni opposita, vitium autem Religioni oppositum est superstitio; ergo superstitio diversa est secundum diversam oppositionem ad Religionis honestatem, quæ consistit in cultu Deo soli debito modo exhibendo, ex quâ oppositione dividitur generalissimè superstitio in cultum falsum & superfluum: cum enim Deus in Spiritu & veritate adorari debeat Joan. 4. cultus oppositus veritati, falsus, oppositus Spiritui, superfluus est, de cultu superfluo inferius plura dicentur, cultus verò falsus ille dicitur, qui hanc falsitatem formalem cultûs præstat aliquid falsum significando, quod dupliciter contingit vel ex parte colentis, vel ex parte mediï, quod assumitur in cultum, ex parte colentis contingit falsitas, si fingat quis se colere Deum nomine Christi & Ecclesiæ, cum tamen Christus & Ecclesiæ hanc illi facultatem non tribuant, quod solum in cultu publico & qui nomine Ecclesiæ fit, evenire potest, sic qui fingeret se Sacerdotem, & attentaret missam dicere, committeret falsitatem ex parte colentis; falsitas ex parte mediï assumpti contingit, si quis medium assumat ad Deum colendum, quod falsum significat v.g. qui modo offert vitulum in sacrificio: denotat enim sacri-

ficiam Eucharistiæ non esse unicum omnia sacrificia antiqua absorbens, & generaliter qui cæremoniis Judaicis uteretur, falso cultu Deum coleret; significaret enim Christum nondum venisse, passum esse &c. Item qui in Sacramentis ministrandis mutaret formam aut materiam: quia tunc falso significaret se Sacramentum conficere, cum non sit Sacramentum: item qui falsis miraculis mysteria nostræ fidei confirmaret;

Subdividitur falsus cultus, vel enim directè versatur circà Deum, vel circà Creaturas; circà Deum versatur, quoties Deus falsum significantibus colitur; ut in exemplis allatis; circà Creaturas falsus cultus versatur, si cultus Deo debitus attribuitur Creaturis, quod tripliter contingere potest. 1. Si quis Creaturis attribuat honorem recognoscens in illis divinum quid esse, quod vocatur *idololatria*, ad quam speciem reducitur cultus veris reliquiis debitus falsis reliquiis exhibitus, & honor Sanctis debitus perditis hominibus præstitus. 2. Contingit falsitas in Creaturarum cultu, si honor eis tribuatur ut cognitio rerum occultarum ab eis obtineatur & hic cultus falsus vocatur *divinatio*. 3. Si à Creaturis auxilium & favor expectetur & hic cultus falsus dicitur *vana & superstitiosa observantia*; quia vana quædam ad humanarum actionum directionem & in eis opem obtinendam adhibentur, ad hanc speciem reducitur *magia*, quæ est inter omnes observantias pessima.

Q. Quale sit peccatum falsus Dei cultus?

R. Per se ac ex genere suo est peccatum mortale, quia vel falsitas est ex parte colentis, quatenus hic præter institutionem Christi & Ecclesiæ sibi arrogat illius ministerium, & tunc usurpatio legationis seu deputationis falso prætensæ se teneret in gravissima materia, veluti in casu supraposito, si fingat quis se Sacerdotem, vel etiam si sit ritè ordinatus sed depositus,

colitus, & pe
gravissimè pec
ardos celebra
fectum ordi
te offert ali
nisi ab ea ad
er eum offert
ze in cultum
nus, & tun
o proceden
tum in exte
tur religioni
xculet imper

Q

An in cul

NICO Si ali
pertinet ad
nis feratur
tia inordinata
& Ecclesiæ
in communem
nda est, totum
phosum S. T
Explicatur &
nia enumerat
on colitur, sed
que v. g. si in of
tiones fundas
non aliter; si
cermonias præ
deligi, ubi unu
cudo ubi on
mpta ad hono
tatione stant

positus, & præsumeret celebrare missæ Sacrificium, gravissimè peccaret, quia in priore casu non Sacerdos celebrans fingit personam Christi, quam ob defectum ordinis repræsentare non potest. In posteriore offert aliquis nomine & in persona Ecclesiæ quasi ab ea ad offerendum deputatus, cum Ecclesia per eum offerre nolit; vel falsitas est ex parte rei, quæ in cultum Dei assumitur, quam supra descripsimus, & tunc falsitatis ejusmodi contestatio ex animo procedens pertineret ad infidelitatem, si verò tantum in exterioribus se teneret, graviter opponeretur religioni, ergo esset peccatum mortale, nisi excuset imperfectio deliberationis.

Q U Æ S T I O II.

An in cultu Dei possit esse superfluum?

DICO Si aliquid sit, quod quantum est de se, non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc, quod mens hominis feratur in Deum, aut quod carnis concupiscentia inordinate refrenentur, aut etiam si sit præter Dei & Ecclesiæ institutionem, vel contra consuetudinem communem, quæ secundum August. pro lege habenda est, totum hoc reputandum est superfluum & superstitiosum S. Th. hic Q. 93. A. 2. in O.

Explicatur & probatur Conclusio; in cultu divino omnia enumerata sunt superflua; quia per illa Deus non colitur, sed potiùs dehonestatur, talia autem sunt v. g. si in officio divino aliqua vana misceas; si orationes fundas tot candelis talis coloris apposis & non aliter; si in Missa officioque divino aliquas cæremonias præter Ecclesiæ morem misceas, ut bis alleluja, ubi unum vel nullum est dicendum, gloria & credo ubi omittendum est, hæc enim media assumpta ad honorandum Deum non illum honorant, sed dehonestant, verum quia nihil falsum per se sig-

nificant, ideo cultus, qui per illa defertur Deo, non falsus, sed superfluus est.

Obj. Actus, quo significatur Deus coli, non tamen reverè colitur, est cultus Dei falsus; atqui omnis actus, in quo constituitur cultus Dei superfluus, est talis, quo significatur coli Deus: ex illâ enim intentione assumptus est, nec tamen illo Deus colitur; ergo omnis cultus Dei superfluus est falsus.

R. Distinguendo Maj. actus quo significatur Deus coli ex natura ipsius actûs, qui aliquid importat de se ad cultum Dei ordinatum, quo tamen Deus non colitur, est cultus Dei falsus *Con.* ex intentione colentis, qui aliquid vanum & ad cultum Dei minimè pertinens assumit, volens per hoc colere Deum *N.* similiter distinguitur *Mi.* non enim in cultu superfluo assumitur aliquod signum, quo importatur cultus, qui Deo contrarius est, sed tantum aliquid, quod ad cultum Dei pertinere non potest.

Si dicas illud ipsum, quod Deus illis vanis actibus non colitur, est cultum per illos præstitum esse falsum.

R. Distinguendo assumptum: est cultum esse falsum quoad formale, id est: cultus illis exhibitus caret veritate cultus *Con.* quoad materiale id est: res in cultum adhibita aliquid falsi significat *N.*

Q. Quale peccatum sit cultus Dei superfluus?

R. Est peccatum quandoque mortale, quandoque veniale pro diversitate materiæ; si enim recitans officium divinum loco alicujus antiphonæ vel psalmi vana aliqua verba misceret, sine dubio graviter peccaret: quia gravem irreverentiam irrogaret tum Deo, quem intendit vanis rebus cultu publico colere & honorare; tum ipsi cultui publico, quem deturpat. Item si verba turpia (licet non tanquam

partem

De Sup
partem officii
erentia imm
in tanta quat
bareretur,
one excolant
ones in Miss
ome corpori
janium pra
a intentione
unabant,
xisse à mor
is canonib
probandi
m, seclusâ
recisè jejuna
superfluus
genus, si ve
eo peccatis ve
adandum J
C
Prima & p
lolaria,
cultus Dei prop
oc vitium ad
er Apostolus a
hololatriæ de
in omnia quasi
om Deo debi
non est, nec et
e quo Apost.
lolum in mur
idola, sicut
res per ille

partem officii) misceret; sed si solum aliqua indifferencia immisceat non tanquam partem officii nec in tanta quantitate, ut ordo divini officii graviter turbaretur, erit solum peccatum veniale, quâ ratione excusantur addentes aliquas cæremonias & orationes in Missa & officio divino, orantes hac positione corporis, his gestibus & figuris. Huc reducitur Jejunium præcisè die dominica servatum, si fiat ex illa intentione, quâ Manichæi diebus dominicis jejunabant, ut indicarent Christum verè non surrexisse à mortuis, est grave peccatum graviter in sacris canonibus prohibutum, aut si fiat ex intentione improbandi Ecclesiæ præceptum in canonibus latum, seclusâ verò tali intentione solo die dominico præcisè jejunans videtur peccare venialiter, quia est superfluum & singularis cultus ab Ecclesiæ more alienus, si verò simpliciter quis ad satisfaciendum pro peccatis vel ad Deum devotius in die dominicâ laudandum Jejunaret, non videtur esse illicitum.

Q U Æ S T I O III.

De Idololatriâ.

Prima & præcipua species superstitionis est idololatria, quæ describi potest: superstitio quâ cultus Dei proprius transfertur in creaturam; quod hoc vitium ad superstitionem pertineat, significavit Apostolus act. 17. v. 22. Athenienses singulariter Idololatriæ deditos compellans: *viri Athenienses per omnia quasi superstitioniosiores vos video*, & quia cultum Deo debitum defert illis, in quibus divinitas non est, nec esse potest, dicitur Idololatria ab Idolo de quo Apost. 1. Cor. 8. v. 4. *scimus: quia nihil est Idolum in mundo*, non quasi materialiter in se nihil sint idola, sunt enim ligna, lapides, aut quod non sint res per illa repræsentatæ, sunt enim verè sive-

ra, animalia, homines, Dæmones & alia, quæ pro Diis gentiles coluerunt; sed quod formaliter nihil sint in ratione signorum, repræsentabant enim gentilibus aliquam in aliis, quam in solo uno vero Deo, divinitatem, hancque volebant significari, ut existentem in illis, quæ merum erat figmentum & nihil. Porrò gentilitatis hoc vitium erat commune ex Dæmonum seductione, qui per Idola loquebantur, responsa dabant, eaque loco movebant, quæ cum à nullo manifesto authore fieri videbant, Idolis quidam divinitatem tribuebant eaque colebant, alii verò alias res per Idola repræsentatas, Dæmones, homines, partes mundi corporeas vel earum partium animas divino cultu afficiebant.

Dupliciter autem Idololatria committi potest, imprimis ut sit conjuncta infidelitati, quâ credatur in creatura esse aliqua divinitas, & hæc dici potest Idololatria hæreticalis. Deinde ut quidem nulla credatur creaturæ inesse divinitas, sed sit purè Idololatria exterior, quâ cultus Deo soli debitus ob aliquam causam creaturæ impenditur v.g. timore aut alia passione motus quis adolet thus Idolis, adorat Dæmonem, osculatur sepulchrum Mahometis, aliudve signum divini honoris, sacrificando, vovendo, creaturæ impendit, nullo modo tamen Deitatem ipsi interiorius tribuit, quomocunque autem contingat Idololatria, sive cum hæresi sive sine illa, gravissimum est peccatum, & Deo maximè injuriosum, siquidem ejus honorem usurpat, & alteri tribuit, tacitè enim vult ejus divinitatem tollere & creaturæ conferre, quod est summa blasphemia, neque hoc peccatum excusari potest ullo metu aut timore: quia objectum ejus est intrinsecè malum.

DICO *Peccatum Idololatriæ gravissimum est S. Th. hic Q. 94. A. 3. O.*

Proba-

De Super
 Probatur
 tur regium
 honorem; cu
 tio, ergo e
 mittuntur
 pendete cre
 parte Idolo
 minuaru
 Obj. Odiu
 quia op
 blasphem
 ria.
 ad 1. I
 sum est Id
 catum, sic
 re opponunt
 tibus Thec
 Ad 2. unde
 ria includit
 subtrahitur
 tum est de Id
 moralibus
 et de eader
 onem, alias
 ccantis alia pe
 Præter maliti
 am seducen
 hic A. 4. I
 ordinatum at
 tuos, quo
 runt, ac pro
 ctos colueru
 serbo enim
 maginem, C
 ra, nunc ta

Probatnr : in terrena republica gravissimum videtur regium alteri, quam vero regi impendere honorem; cum indè sequatur totius reipublicæ turbatio, ergo etiam in peccatis, quæ contra Deum committuntur, gravissimum erit honorem divinum impendere creaturis, siquidem ex hoc quantum est ex parte Idololatræ constituatur alius Deus in mundo, minuatur divinus principatus.

Obj. Odium Dei est gravius peccatum Idololatriæ, quia opponitur illud charitati, hoc religioni, & blasphemia ex odio Dei nata est gravior Idololatria.

R. ad 1. Inter peccata religioni opposita gravissimum est Idololatria, unde dicitur gravissimum peccatum, si comparatio fiat præcisè cum peccatis, quæ opponuntur virtutibus moralibus, non verò virtutibus Theologicis.

Ad 2. *R.* det. S. Th. hic A. cit. ad 1. quod Idololatria includit magnam blasphemiam, in quantum Deo subtrahitur dominii singularitas. Quod autem dictum est de Idololatriâ quod inter peccata virtutibus moralibus opposita sit gravissimum, intelligi debet de eadem secundum se & specificam suam rationem, alias certum est, quod ob dispositionem peccantis alia peccata graviora esse possint.

Præter malitiam Dæmonum homines ad Idololatriam seducentium triplicem ex parte hominum S. Th. hic A. 4. Idololatriæ causam assignat, primò inordinatum affectum ergà propinquos & amicos mortuos, quos in imaginibus sibi præsentibus esse voluerunt, ac progrediente affectu in imaginibus defunctos coluerunt, hæc causa ponitur Sap. 14. v. 15. acerbo enim luctu dolens pater citò sibi rapti filii fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & consti-

tuit

tuit inter servos suos sacra & sacrificia, secundò delectationem in simulachris artificiosè expressis, ex quâ ad cultum divinum iis impendendum progressi sunt. De quâ Sap. 14. v. 18. 19. 20. tertio ignorantiam veri Dei: non considerantes enim, quod Deus infinito modo omnes creaturas excedat, quodque solus sit creator & gubernator omnium, ob eximiam quarundam creaturarum virtutem & potentiam iis divinum cultum impendere ceperunt, de hac ignorantia Sap. 13. v. 1. & 2. de his, quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui est, neque operibus attendentes agnoverunt, quis esset artifex, sed aut ignem aut spiritum, aut citatum aërem aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam aut solem & lunam rectores orbis terrarum Deos putaverunt. Pœna denique idolotriæ hæreticalis est eadem, quâ puniuntur hæretici, de quibus Disput. X. Q. II. non hæreticalis idololatria punitur arbitrio iudicis.

Q U Æ S T I O I V.

De divinatione.

Suppono 1. Dæmonem futura contingentia à liberâ voluntate pendentia certò cognoscere non posse juxta illud Isaïæ 41. v. 23. *Annuntiate quæ ventura sunt in futurum & dicemus quia dii estis vos*, item neque certò cognoscere cogitationes & affectiones hominum internas in voluntate residentes juxta illud 2. Paralip. 6. v. 30. *Tu solus nosti corda filiorum hominum*; Verum etsi certo hæc non cognoscat, probabilissimè tamen ea conjecturat, tum quia causas naturales omnes & vim earum perfectissimè novit, tum quia novit naturales hominum inclinationes; tum quia maximâ experienciâ pollet & memoriâ retinet, quid ex quo communiter sequatur; tum quia sagacissimus est & Deo permittente hominum phantasiam & alios sensus in-

ternos

ternos variè perturbando , potest esse causa indirecta eorum , quæ homines agent , ac eadem probabiliter præcognoscere.

Suppono 2. Futura à naturali causa necessario provenientia optimè Dæmones prædicere posse , quia eorum cognitio non excedit Dæmonum naturam ; idem est de cognitione cogitationum præsentium quæ in externum actum prodierunt , quapropter sciunt secreta consilia de futuris , occulta peccata , licet enim à voluntate proveniant , tamen in aliquo exteriori Dæmones ea cognoscunt.

Suppono 3. Variis modis Dæmones posse instruere & occulta docere homines : Primo objiciendo sensibus vera corpora aliundè asportata vel à se fabricata , vel saltem objiciendo similitudines corporum , quibus mediis responsum reddit & homines instruit. Secundo formando in aëre aliquam vocem , quæ solum à divinate audiat. Tertio immutando phantasiam , aliosque sensus exteriores ut in iis repræsentetur illud , quod Dæmon manifestare vult ; cum enim Dæmon æmulator sit divinæ excellentiæ , omnes modos , quibus Deus ser vos suos instruit , usurpare conatur , ut hac ratione sibi divinam excellentiam arroget & ostendet.

Suppono 4. Dæmonem posse dupliciter sive expressè sive tacitè invocari , imprimis in ordine ad revelandam aliquod occultum vel futurum & hæc superstitio vocatur divinatio. Deinde ad obtinendum aliquem effectum ejusdem Dæmonis ope & hæc vocatur superstitiosa aut magica observantia ; in utrâque Dæmon invocatur expressè , si ex intentione petatur ab ipso ut vel cognitionem occultorum aut futurorum , vel operam præstet ; in divinatione invocatus , si præstigiis apparitionibus se ingerat hominum aspectui vel auditui , divinatio vocatur præstigium ; si per somnia futura revelet , vocatur divinatio somniorum ; si per mortuorum apparitionem vel locutionem , vocatur necromantia ;

si per homines vivos uti contingit in arreptitiis, quorum corpora occupans Dæmon respondet, vocatur divinatio per Pythones; si per aliquas figuras vel signa quæ apparent in rebus inanimatis, tunc dicitur Geoman-
 tia, si tales figuræ ostendantur in re terrestri; si vero Dæmon invocatus aliqua signa exhibeat in aqua, vocatur hydromantia; si in aëre aëromantia, si in igne, pyromantia; si verò in extis animalium præcipuè idolis immolatorum per aliqua signa sensibilia occulta vel futura ostendat, vocatur aruspicium; quibus speciebus additur illa, quam Ethnici vocabant oraculum, quando Dæmon consultus respondet per idolum, aut per cribrum vel pelvim; eodem modo si petatur à Dæmone, ut aliquod auxilium præstet, est expressa magia diabolica. Si verò ad obtinendos effectus aliquos signa vana ad effectus illos nec ex naturâ suâ nec divinâ institutione ordinata assumantur, est tacita Dæmonis invocatio in vanâ observantiâ, sicut infra dicetur. Ità in divinatione tacitè Dæmon invocatur, quando adhibetur res aut signum aliquod, quod ad occultum vel futurum manifestandum neque ex naturâ rei, neque ex divinâ institutione ordinatur; quod contingit imprimis, si indagetur futurum vel occultum ex consideratione situs aut motus siderum veluti per astrologiam judiciariam, sub quâ continetur genethliace, quæ ex constellatione prædicatur hominis bona vel mala fortuna, vitiosa aut virtuosa vita; deinde si occultorum notitia quærat per motus vel voces avium seu quorūcunque animalium vel etiam hominum sternutationes sive membrorum saltus, quod generaliter pertinet ad augurium, quod à garritu avium, vel ad auspicium quod ab inspectione avium derivatur, vel si indagetur futurum per inconsiderata hominum verba ad prænosendum futurum retorta, & dicitur omen, vel per dispositiones figurarum visui occurrentium in aliquibus corporibus

De Sci-
 bus, si confi-
 Chyromantia
 cuius anim
 denique fit di-
 em, si quis
 um vel ocul
 ne per protr
 rem geom
 ne proveni
 ne ex quib
 lto repositi
 am ex fest
 el minorem a
 ra puncta p
 id aperient
 en habent. It
 His supposi
 DICO 1. 1
 Q. 95. a. 1.
 Probatur:
 cultorum à D
 tacitam; at
 tum expressu
 hominum ho
 mitione homi
 et irreverentia
 um honorem I
 per talem inv
 carum & qu
 mitens mater
 tione excusat
 oper simplici
 ber, subest
 em, ac ita quis
 um, si sciret.

ribus, si consideratio sit lineamentorum manus, dicitur Chyromantia, si vero ex quibusdam signis in spatula alicujus animalis apparentibus, vocatur spatulamantia. Denique fit divinatio per tacitam Dæmonis invocationem, si quis seriò aliquid faciat ad inquirendum futurum vel occultum & ex eventu illud vult dignoscere sive per protractionem punctorum, quod pertinet ad artem geomantia sive per considerationem figurarum, qua proveniunt ex plumbo liquefacto in aqua projecto; sive ex quibusdam scedulis scriptis vel non scriptis in occulto repositis, dum consideratur quis quam accipiat; vel etiam ex festucis inæqualibus propositis, quis majorem vel minorem accipiat, vel taxillorum projectione, quis plura puncta projiciat; vel etiam dum consideratur, quid aperiens librum occurrat, qua omnia sortium nomen habent. Ità S. Th. hic Q. 55. a. 3. O.

His suppositis.

DICO I. *Divinatio semper est peccatum.* S. Th. hic Q. 95. a. 1. O.

Probatur: Divinatio est exquisitio futurorum vel occultorum à Dæmone per invocationem vel expressam vel tacitam; atqui hæc semper est peccatum: quia est pactum expressum vel tacitum cum infensissimo Dei & hominum hoste, qui omnia agit ex Dei odio & ex intentione hominibus nocendi, quod cedit in gravem Dei irreverentiam ac ità opponitur religioni: transfert enim honorem Deo debitum in Dæmonem, cui homo se per talem invocationem subjicit, ergò semper est peccatum & quidem nullam in expressâ invocatione admittens materiæ parvitatem, imò nec in tacitâ invocatione excusatur divinans à peccato mortali, nisi propter simplicitatem aut ignorantiam nesciat & non dubitet, subesse aliquam tacitam Dæmonis invocationem, ac ità quis vana adhibeat, quæ non esset applicaturus, si sciret subesse aliquod cum Dæmone pactum.

Dein-

Deinde homo se seductionis & deceptionis periculo exponit: quia Dæmon sic imploratus ex suis responsis certissimè intendit hominum perditionem, dum vera quandoque dicendo assuefacit incautum hominem, ut sibi credat, tandemque inducatur in aliquid salutis humanæ nocivum.

Obj. Licita est aliquando divinatio: quia tanquam res laudabilis aliquando in sacrâ scripturâ adducitur ita Prov. 16. v. 10. *Divinatio in labiis regis, in iudicio non errabit osejus.* Et Ezech. 12. v. 24. *Non erit ultra omnis visio cassa, neque divinatio ambigua in medio filiorum Israel.*

R. Negando ass. in textu allegato ex prov. non accipitur divinatio in sensu explicato, sed significat idem, quod oraculum: ut sensus sit: ea quæ reges officio suo fungentes pronuntiant, sunt veluti divina quædam oracula, ut Deo eorum linguas & sententias moderante non facilè in iudicio errent. in altero non refertur divinatio tanquam laudabilis, sed potius prædicitur, quod non amplius erit prædictio ambigui sensûs, quæ in hanc vel illam partem accipi possit, quales sunt divinationes pseudo-Prophetarum.

Q. 1. Undè dignosci possit an interveniat pactum tacitum cum Dæmone?

R. Quoties verba seu facta vana usurpantur ad occultorum notitiam acquirendam, toties est pactum tacitum cum Dæmone; eo ipso enim quod talia facta seu verba nullam habeant cum tali effectu connexionem, iis utens videtur à Dæmone expetere talis effectus consecutionem, cum enim neque Deus neque Angeli moveri possint talibus vanis & futilibus rebus, solus superest Dæmon, cui talia vana & futilia placent.

Nec obest: Quod protestetur contrarium; cum usurpetur factum, cui nullus præter Dæmonem se im-

misc-

De S
miscere vult,
is contrariu
co cum an
signet tale
na constar te
us indicand
illis accidat
elle tentate
miscet, i
atem cum
tam, igit
ntione cog
peccatum c
Q. 2. An
quidam paci
ri revelet ea
Licet tal
od Dæmon
illam sape c
m Deus per
necessariis &
n est invocati
m subiectio
est.
DICO 2. S
oraculo profen
aut etiam
opera homi
na. Si ver
recognosce
corporibus.
na. S. Th
Probatu
bus nec ex r
e futura præ
2. 2. Theol.

miscere vult, sicque ipso facto hic imploratur, quamvis contrarium verbis asseratur, unde si scienter hoc ex joco cum animo experiendi, quid accidat, quidve designet tale signum, fiat, raro excusatur à mortali: quia constat talia esse improporcionata ad occultos effectus indicandos, atque adeo tentans conspicerè, quid ex illis accidat, vel quid designent, videtur hoc ipso velle tentare & experiri, an Dæmon de facto illis se immisceat, & per hoc tentare Societatem seu familiaritatem cum Dæmone in aliquo exteriori signo significatam, igitur licet hoc etiam ex joco sive sine seriâ intentione cognoscendi occultum fiat, videtur esse grave peccatum contrà religionem.

Q. 2. An interveniat Dæmonis invocatio tacita, si quidam paciscantur, ut ille qui prior mortuus fuerit, alteri revelet ea, quæ ad salutem suam pertinent?

R. Licet tale pactum vel promissio sit periculosa, eo quod Dæmon hâc occasione facilè decipere soleat, etiam nullam sæpe causam habeat, nisi solius curiositatis: cum Deus per ordinarias regulas homines sufficienter de necessariis & utilibus ad salutem instruat; attamen non est invocatio nec expressa nec tacita Dæmonis, si cum subjectione ad Dei voluntatem tale pactum fieret.

DICO 2. Si quis consideratione astrorum utatur ad præcognoscendos futuros casuales vel fortuitos eventus; aut etiam ad cognoscendum per certitudinem futura opera hominum... erit divinatio superstitiosa & illicita. Si verò aliquis utatur consideratione astrorum ad præcognoscendum futura, quæ ex celestibus causantur corporibus... non erit illicita divinatio nec superstitiosa. S. Th. hic Q. 95. a. 5. O.

Probat: Prænoscere velle effectus ex causis, ex quibus nec ex naturâ, nec ex virtute divinâ proveniunt, est futura prænosce velle à Dæmone: intervenit enim

pactum tacitum cum Dæmone, cum illæ causæ nullam
 habeant connexionem cum effectibus prænuntiatis ;
 quia verò connexionem illæ causæ habent cum aliis
 effectibus naturalibus , ex earum dispositionibus,
 illi effectus prædici possunt. Prohibita est hæc prædictio
 eventuum liberorum ab humanâ voluntate pendentium
 variis canonibus *Causa XXVI. Q. 3. 4. & 5.* dicitur
 que astrologia judiciaria ad distinctionem alterius astro-
 logiæ naturalis, quæ versatur in consideratione motûs
 cœli & cursûs siderum, conjunctionis & oppositionis
 planetarum & effectuum naturalium, qui exinde se-
 quuntur, quæ, quia ex causis naturalibus cognoscit
 effectus naturaliter sequi solitos, licita est, modo
 non majori tales asserat certitudine, quam par sit, quia
 enim vis influentiæ cœlestis incognita est, eademque
 à multis causis naturalibus, quæ astrologos sæpe latent,
 impediri possint, vani & temerarii sunt, qui similes
 effectus tanquam certos vel quasi certos prædicunt.
 Verum astrologia judiciaria atque libri de eâ tractantes
 tum R. IX. ex præscripto con. Trid. indici librorum
 præfixâ tum in constit. Sixti V. quæ in tom. 2. Bullarii
 est hujus Pontificis 1572 & incipit: cœli & terræ; gra-
 vissimè prohibentur; verba Regulæ sunt: *Episcopi dili-
 genter provideant, ne astrologia judiciaria libri, tra-
 ctatus, indices legantur, vel habeantur, qui de fu-
 turis contingentibus, successibus fortuitisve casibus
 aut iis actionibus, quæ ab humanâ voluntate pendent,
 certò aliquid eventurum affirmare audent.* Sixtus verò
 V. in constit. cit. *statuimus (ait) & mandamus ut
 tam contra astrologos, mathematicos & alios quoscun-
 que dicta judiciaria astrologiæ artem præterquam circâ
 agriculturam, navigationem & rem medicam in poste-
 rum exercentes, aut facientes judicia & nativitates
 hominum, quibus de futuris contingentibus, successi-
 bus, fortuitisque casibus aut actionibus ex humanâ*

voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiamsi id non se certo affirmare asserant aut protestentur, quàm contrà alios utriusque sexûs, qui supradictas damnatas, vanas, fallaces & perniciosas divinandi artes siue scientias exercent, profitentur, & docent aut discunt, quive huiusmodi illicitas divinationes, sortilegia, superstitiones, veneficia... faciunt aut in eis se quomodolibet intromittunt... tam Episcopi & prelati, superiores ac alii ordinarii locorum quam inquisitores hæretica pravitatis ubique gentium deputati... diligentius inquirent & procedant, atque in eos severius Canonicis pœnis & aliis eorum arbitrio animadvertant.

Ex quibus infertur 1. Quantumvis ex influentiâ astrorum in cuiusque nativitate concurrentium fieri possint in homine impressiones, quibus ad certas passionem inclinatur, quia tamen illæ impressiones ex aliis causis vel mitigari vel impediri possunt, illicitum est tales inclinationes (multo minus eorum effectus à voluntate liberâ dependentes) certo ex astris affirmare, imo nec probabiliter, nisi tantum indefinitè & in genere, non verò in particulari.

Infertur 2. Apertam committi superstitionem, si quis ex astris prænuntiare contendat eventus ex libero hominis arbitrio dependentes v. g. futura bella, æmulationes atque contentiones, pericula mortis incurrenda, matrimonia contrahenda & similia, vel si quis occulta, quæ humana industriâ indagari nequeunt, ex sideribus cælestibus indagare conetur; quod verum est etiamsi non certo sed tantum probabiliter similia prædicantur.

Dices: In sacrâ script. Gen. I. v. 14. dicitur de luminaribus cœli: *Sint in signa & tempora.* Pl. 18. v. 1. Firmamentum annuntiat opera Dei. Il. 34. v. 4. Cœli comparantur libro item Apocal. 6. v. 14. Ergo

ex cœlestium corporum consideratione cognoscere possumus occulta & futura libera.

R. Negando conseq. quæ non infertur ex textibus oppositis: dicuntur enim sidera esse signa non actionum liberarum aut effectuum casualium sed temporum, veris, æstatis &c. aut variarum tempestatum, sed quarundam certa, quarundam tantum probabilia. Annuntiat firmamentum non casus fortuitos, sed Dei potentiam, quæ in tanto & tam pulchro corpore maximè resplendet. Comparatur cœlum de quo Ps. 103. *Extendens cœlum sicut pellem.* Libro complicato vel involuto, quod horrendis tenebris non apparebunt hominibus stellæ, sicut in convolutâ membranâ non videntur characteres.

Infertur 3. Tametsi superstitiosum non sit ex certo herbarum alicubi excrementum genere, seu vaporum ac exhalationum qualitate veluti signis vel effectibus naturalibus specialem quendam astrorum influxum conjicere & manifestare venas latentium mineralium; superstitiosum tamen est, si vellet quis quâdam arte visu corporeo penetrare opacum terræ opus, ibique conspiciere latentes venas vel thesauros aut aliis mediis naturaliter improportionatis eos intra terræ viscera latentes detegere.

Infertur 4. Non esse superstitiosum considerare astrâ ad præcognoscenda futura, quæ ex cœlestibus corporibus causantur, puta siccitates, pluvias & similia sed non alia, *Nec obest*; quod astrologi etiam circa fortuitos casus vel eventus à liberis hominum arbitriis dependentes frequenter verum dicant; quia juxta S. Th. loc. cit. ad 2. vel veritas illa contingit ex hoc, quod plures hominum sequantur suas corporales passiones, quæ excitari possunt secundum inclinationem cœlestium corporum, sintque admodum pauci veri Sapientes, qui per rationem moderentur suas inclinationes undè facile

De SUPERSTITIO
venit, ut re ipsa
vidant, vel contine
unde August.
17. tom. 3. E
veraducuntur
nescientes hu
ad decipiendos
& seductores
por alibus rebu
propter bono C
et impie divinatio
vidis sunt, ne co
m pacto quodam S
DICO 3. Si quis
era, secundum
ne divinâ vel ex
quæ quantum p
erit illicita divo
causetur ex reve
licita & superstit
Explicatur Conc
divinatio per so
bet ad causas som
effectibus, q
corporales & d
terior & alia exte
terior præcipua
manit, exterior
ries, quæ aliqua
mutate, ut ac
tar, causa vero
igitatio præced
causant in ph
spiritualis extrit
quando enim
le

le evenit, ut re ipsâ effectus ab astrologis prænuntiati accidant, vel contingit ex eo quod Dæmones se immisceant unde August. in 2do super Genesim ad litteram: cap. 17. tom. 3. *Fatendum est quando à Mathematicis vera dicuntur, instinctu quodam oscultissimo dici, quem nescientes humana mentes patiuntur, quod tamen ad decipiendos homines fit, Spirituum immundorum & seductorum operatione, qui quedam vera de temporalibus rebus nosse permittuntur, unde concludit, quapropter bono Christiano sive Mathematici sive quilibet impiè divinantium & maxime dicentes vera, cavendi sunt, ne consortio Demoniorum animam deceptam pacto quodam Societatis irretiant.*

DICO 3. *Si quis utatur somniis ad præcognoscenda futura, secundum quod somnia procedunt ex revelatione divinâ vel ex causâ naturali intrinsecâ sive extrinsecâ, quantum potest se virtus talis causæ extendere, non erit illicita divinatio: si autem huiusmodi divinatio causetur ex revelatione Demonum... erit divinatio illicita & superstitiosa. S. Th. hic Q. 95. a. 6. O.*

Explicatur Conclusio: Ad dignoscendum quomodo divinatio per somnia fit licita vel illicita, attendi debet ad causas somniorum simulque ad proportionem cum effectibus, quatuor autem causæ enumerantur duæ corporales & duæ spirituales, corporalium una est interior & alia exterior, causa corporalis somniorum interior præcipua est dispositio affectioque corporis humani, exterior est corpus circumstans vel cæli temperies, quæ aliquando solet phantasiam dormientis ita immutare, ut ad illius similitudinem somnia succedant, causa vero spiritualis somniorum intrinseca est cogitatio præcedens in vigiliâ & habitus ex eâ genitus, quæ causant in phantasiâ similes repræsentationes; causa spiritualis extrinseca vel est bonus vel malus Spiritus; aliquando enim à Spiritu bono somnia immittuntur

non solum piis hominibus: ut Joseph, Jacob, Danieli & aliis; sed etiam sceleratis ut Pharaoni & Nabuchodonosor, aliquando à malo Spiritu causantur. Secundum has ergò causas licitum est effectus somniorum vel causas naturales inde deducere, videlicet imprimis ex somniis temperamentum corporis, illius humores & affectiones conjecturare licitum est: quia hoc modo conjicitur ex effectibus naturalis eorum causa.

Deinde licet etiam investigare, à quâ causâ somnia proveniant, an à Deo vel malo Spiritu: quia hâc investigatione solum intenditur cujusdam veritatis cognitio; hanc tamen causam discernere difficillimum est, licet ad conjecturandum, an somnia aliquos futuros eventus significantia à Deo sint, aliqua media desumi possint ex modo somniorum, ex dispositione, quam relinquunt, & ex fine, ad quem impellunt; si enim somnia inhonesta sint, vel ad malum impellant, aut animum turbatum relinquunt tepidum & indispositum ad virtutem, clarum est somnia à malo Spiritu esse immissa, verum si somnia honesta sint & promptiorem reddant hominem ad bene operandum, indicium est, à Deo provenire; quia tamen illud est incertum, cum dæmon sæpè se in Angelum lucis transfiguret, ut postea faciliùs decipiat: hinc non facile aliquid secundum propriam opinionem ex somniis similibus est prænuntiandum, nisi Confessarius aliusve prudens vir judicet ea somnia esse à Deo aut bono Spiritu, unde regulariter ex somniis divinare futuri eventus prænotationem, vel occulti effectus manifestationem indè statuere est peccatum mortale, si non sit probabile somnium esse à Deo: tunc enim quia somnium nec ex natura sua, nec ex dispositione Dei hoc futurum significat, necesse est intervenire invocationem & pactum cum Dæmone vel expressum, si invocetur ut per somnia futura vel occulta revelet, vel tacitum, si scire velit quis ex somniis

De So
his ea, que
consequente
gravissimum
minum pro
occuli manif
is se tali situ
sibi occulte
Denique
er ex ille
m non v
mnium p
, alique
æbet, for
ectaliter im
is instruxit,
m somnia c
vi, eò que
lem.
DICO 4.
ad, ad quod
ve vel divin
h, hic Q.
Explicatur
aguris, omni
us, talium ef
gnificandos
dei institutio
à invocatio
manifestant
nos instruan
ope quaratu
olum, si
quod prop
nem inde sec
cularum con

his ea, quæ naturaliter ex somniis sciri nequeunt, & consequenter non alterius quam Dæmonis ope, hinc gravissimum est peccatum superstitionis, si quis per somnium procuret prænotionem effectus vel eventus occulti manifestationem, qualiter procurabant gentiles se tali situ & dispositione ad somnium præparantes, ut sibi occulta revelarentur.

Denique credere aliquo modo somnio seu aliquo modo ex illo timere adversum vel sperare prosperum non videtur esse grave peccatum: quia cum somnium possit esse à Deo, licet regulariter non sit, aliquam futurum aliquod suspicandi causam præbet, fortè enim est à Deo ad illud significandum specialiter immisum, qui aliquando per somnia homines instruit, si verò quis ordinariè suas actiones secundum somnia dirigeret, non esset excusandus à peccato gravi, eò quod tunc ostendat somniis esse adhibendam fidem.

DICO 4. *Omnis divinatio, si extendatur ultra illud, ad quod potest pertingere secundum ordinem naturæ vel divinæ providentiæ est superstitiosa & illicita.*
S. 1 h. hic Q. 95. A. 7. O.

Explicatur Conclusio: omnis prædictio, quæ fit ex auguriis, ominibus, & quibuslibet rerum observationibus, talium effectuum, ad quos vel producendos vel significandos res illæ nec ex naturâ suâ nec ex speciali Dei institutione ordinatæ sunt, fit sub expressâ vel tacitâ invocatione Dæmonis: quia nec res illæ ignotum manifestant, nec Deus aut Angeli boni talibus signis nos instruunt, non restat aliud, nisi quod Dæmonis ope quæratur talis notitia. Econtra non est superstitiosum, si conjiciatur ex aliquibus rebus illud futurum, quod propter naturalem dependentiam & connexionem inde sequi solet, unde superstitione vacant agricolarum conjecturæ longo usu observatæ, quæ naturali

ratione nituntur. Similiter ex avium volatu, garritu pluviae, tempestates vel serenitas praedici possunt, quia corpora caelestia simul cum aeris mutatione afficiunt avium aliorumve animalium corpora, ex qua affectione certa signa volando aut cantando edunt. Alios vero effectus, nisi à Deo ad hos effectus praesignandos assumpta esse ejusmodi signa, certò aut saltem probabiliter constet, ex illis signis praenuntians, grave peccatum committit, non enim possumus credere, quod Deus ultra vires rebus naturalibus à se inditas & ultra signa per S. Scripturam vel traditionem fidelibus manifestata, se ingerat in Ordine ad effectus seu eventus extraordinarios vel producendos vel designandos, ergò praesumendum prorsus est ope & arte Dæmonis in tali statu praesignari futura vel manifestari occulta. Ex quibus

Infertur 1. Ex physionomiâ alicujus posse quidem rationabiliter conjecturari ipsius temperiem naturalem, animi inclinationem ac ingenium ad bonos malosve mores proclive, & si hoc certius, quam par est, enuntietur, non superstitio, sed error & imprudentia in Philosophiâ naturali committitur, qui tamen ex physionomiâ alicujus vel etiam ex lineamentis faciei vel manum bonam vel malam fortunam, an sit pauper vel dives, sæcularis vel Religiosus futurus, conjecturat, gravis superstitutionis est reus: cum ex signis ejusmodi, utpote frivolis non nisi Dæmonis ope tales eventus praedici valeant.

Infertur 2. Superstitiosum esse ex fortuitis eventibus, qui accidunt sive in animalibus sive in hominibus bonam vel malam fortunam praedice v.g. ex funeris occurso, sternutationibus & similibus conjecturare felicem aut infelicem eventum. licet talia à peccato mortali sæpiùs excusentur, tum ob ignorantiam & bonam

fidem

De So
dem, tum
mi, vel etia
turi event
Infertur
ter dies & t
obere tanqu
is aut Vener
ti, aut ideò
ritiosum qu
quis inter
turo statu
oscendi fun
hibendi sic
Dices: ex
za juxta illu
minum sign
interrogate pi
tum non est
& Negan
za, quali in
malz fortunæ
quique man
quique cogne
si opera sibi i
magina inter
tum ut sciat in
DICO q,
quasi hujusmo
es secundum
tum... ta
S. Th. hic C
Explicat
vitorias sive
infestatio au
à Dæmone

fidem, tum ob dubium: an sint à causa fortassis naturali, veletiam à Deo talia immittantur in præfagium futuri eventus.

Infertur 3. Superstitiosum esse discretionem facere inter dies & si quidem hâc v.g. Lunæ aliquid eveniat, habere tanquam signum fortunæ, si verò alia v.g. Martis aut Veneris accidat censere illud esse signum infortunii, aut ideò aliquibus diebus ab opere abstinere. Superstitiosum quoque ac prohibitæ divinationis vitium est, si quis interroget seriò Cingaram vulgo Ægyptiacam de futuro statu, quod si illud fiat non ex intentione cognoscendi futurum, sed Joci causa, absque periculo adhibendi fidem, reputatur solum veniale peccatum.

Dices: ex inspectione manuum possunt prædici futura juxtà illud Job. 37. v. 7. *Qui in manu omnium hominum signat, ut noverint singuli opera sua.* ergo interrogare prædicentem futura ex inspectione manuum non est superstitiosum

R. Negando consequ. Quia textus ille non significat, quasi in cujusque manu essent signa suæ bonæ vel malæ fortunæ, sed verbis illis denotatur, quod uniuscujusque manus ex seipsâ sit ità torpens & infirma, ut quisque cognoscere valeat ex seipso suam ineptitudinem ad opera sibi incumbentia facienda. ideo legunt septuaginta interpretes: Deus claudit uniuscujusque manum ut sciat imbecillitatem suam.

DICO 5. *Si quis eâ intentione sortibus utatur, quasi hujusmodi actus humani, qui requiruntur ad sortes secundum dispositionem stellarum sortiantur effectum... talis divinatio erit superstitiosa & illicita.*
S. Th. hic Q. 95. A. 8. O.

Explicatur Conclusio: divinatio fit per sortes sive divinatorias sive consultorias aut divinatorias: quando manifestatio aut effectus vel expressè vel tacitè expectatur à Dæmone, quando autem sorte quis ex rationabili

causa utitur & à fortuna aliquid expectat non more Gentilium sed Christianorum. omnia in divinam providentiam reducentium, vel etiam si quis sortis iudicium expectet à Deo inspirante & specialiter dirigente sortem juxtà illud Prov. 16. v. 33. *Sortes mittuntur in sinum & a Domino temperantur*, licitæ sunt sortes nec est in eis aliquid vitii, aliàs licet nec expressè nec tacitè Dæmon invocetur potest in usu sortium quatuor modis peccari 1. Si absque ullâ necessitate recurratur ad sortes, hoc enim videtur pertinere ad tentationem Dei, & homo sine necessitate sortibus utens se periculo exponit, ne à Dæmone decipiatur. Undè in Can. sortes 7. causa XXVI. Q. 5. Leo IV. ità rescribit: *Sortes, quibus cuncta vos in vestris discriminatis iudiciis (quod Patres damnaverunt) nihil aliud quam divinationes & maleficia esse decernimus, quamobrem volumus illas omninò damnari, & inter Christianos ultrà nolumus nominari, & ne exerceantur, sub anathematis interdicto prohibemus*: quare sortium usus tunc solummodo licet, quando aliâ viâ non potest subveniri gravi alicui seu spirituali seu corporali necessitati, aut quando Ecclesia magnum inde emolumentum est acceptura. 2. Illicitus est usus sortium, si etiam in necessitate ad explorandam divinam voluntatem accedatur absque oratione, humiliatione ac devotione erga Deum, hujus tamen defectus regulariter est solum venialis. 3. Illicitæ sunt sortes, si divina oracula convertantur ad terrena negotia, si nempe divini libri aperiantur, atque ex occurrente textu dispositio sit facienda de rebus sæcularibus. 4. Reprobantur sortes in electionibus Ecclesiasticis, quas fieri oportet ex inspiratione Spiritus sancti cap. Ecclesia. 5. de sortilegiis in temporalibus tamen dignitatibus sorti divisorix locus esse potest.

Ex his sequitur: sortes divinatorias semper esse superstitiosas, cum sint medium improprietatum & vanum ad talem finem vel effectum, nec Deus ullibi promiserit se sortes temperaturum ad præsignificanda futura & aperienda occulta, neque corpora cælestia vim habent ad moderandas sortes, aut anima nostra, neque prænotio futuri aut occulti expectari potest à casu: quia sive hoc sive alio modo sortes cadant nihil significant, ergo expectatur sortium divinatoriarum eventus à Dæmone, tum ut sortes regat, tum ut effectum qui divinatur esse futurus, procuret, undè usus harum sortium strictè vocatur sortilegium, cujus rei Sacerdotes & clerici ob simplicitatem ex cap. ex tuarum 2. de sortileg. lib. 5. tit. 21. ad tempus à divinis & ab altaris ministerio suspendi debent. Alias in foro contentioso de sortilegio convicti clerici ab officio & beneficio sunt deponendi, & in monasterium ad agenda pœnitentiam detrudendi can. non oportet 4. can. si quis Episcopus 5. can. aliquanti 6. caus. XXVI. Q. 5. laici verò de jure si servi vel viles personæ fuerint, verberibus & cruciatibus castigantur, si verò sunt liberi, inclusione dignâ districtâque sunt in pœnitentiam redigendi, ut loquitur Greg. M. in can. contra Idolorum 10. caus. XXVI. Q. 5. etiam contumaces excommunicandi sunt ex can. admoneant 15. caus. XXVI. Q. 7. in quo can. verba *clericus degradetur*, intelligenda sunt de degradatione verbali, sive depositione, etiam statuitur in can. constituimus 9. caus. III. Q. 5. ut ... *qui ad sortilegos divinosque concurrerunt, nullatenus ad accusationem vel testimonium sint admittendi, quia infames sunt & justè repellendi, quia funesta est vox eorum*, idem dicitur in can. quis quis 3. caus. II. Q. 8. de jure civili divinatores & sortilegi puniuntur confiscatione bonorum

III.

at non more
divinam pro
is sortis judi
ter dirigent
es mittunt
e sunt sorte
expresè nec
tum quatuor
tate recurratur
ad tentationem
tens se pœnicu
lè in Can. lot
tibus; *Sortes*
atis judicis
quam divi
quamlibet
r Christianos
ur, sub ana
sortium usus
in potest sub
li necessitati,
mentum est
si etiam in
tatem acce
levotione et
ter est solum
vina oracula
mpe divini li
u dispositio in
probanur lot
ti oportet ex in
de sortilegis in
divinatione locus

Et

notum & pœnâ gladii, imò & aruspices concre-
mandi sunt l. nullus 2. & l. nemo 5. cod. de malefi-
cis & mathem. &c. lib. 9. tit. 18.

Hactenus de divinatione, quâ per Dæmonis in-
vocationem notitia quæritur. Nunc de vana sive
magica observantia.

DICO 6. *Licet causas naturales adhibere ad pro-
prios effectus, unde si naturaliter non videantur posse
tales effectus causare, consequens est, quod nec adhi-
beantur ad hos effectus causandos tanquam cause, sed
solum quasi signa. Et sic pertinet ad pacta significatio-
num cum Dæmonibus inita S. Th. Q. 96. A. 2. O.*

Explicatur conclusio; Vana & superstitiosa seu
magica observatio differt à divinatione, quod divi-
natio sistat in cognitione alicujus occulti effectûs,
sed observatio tendat ad opus v. g. ad aliquod bo-
num sibi vel alteri comparandum, & tunc commu-
ni & usitato vocabulo vocatur magia; si autem as-
sumantur media ad inferendum alteri damnum, vo-
catur maleficium, hæc observantia sive cum pacto
expresso sive tacito cum Dæmone sit conjuncta, gra-
vissimum est peccatum, nullam involvens materiæ
levitatem: quia habere commercium cum Dæmo-
ne & ad illum recurrere, cedit in gravissimam di-
vinæ Majestatis injuriam, sicut suprâ de divinatio-
ne dictum est; unde hujus superstitionis vitium
committunt illi, qui petunt à Dæmone ea, quæ
ipse naturali virtute facere potest, itâ magi peten-
tes tempestates, pluvias, grandines, tonitrua &
alia hujusmodi, quæ per naturalem virtutem appli-
cando activa passivis vel nubes alibi exsurgentes huc
& illuc impellendo, sistendo & mitigando, pos-
sunt Dæmones efficere, uti etiam incendia excita-
re, domos subvertere, res ab uno in alium locum
quam citissimè transferre valent. Hoc magiæ pec-
catum

catum sæpè conjunctum est cum gravissimis peccatis contra fidem, religionem, castitatem & justitiam, solent enim magi Dæmonem adorare, eique sacrificium offerre, ut eum propitium & benevolum habeant, renuntiant Christo ejusque Sacramentis, reputant Dæmonem felicem, neque Deo subditum, cum eoque nefandos habent concubitus, & perpetuo ejus obsequio se tradunt, insuper damna gravissima & homicidia præcipuè infantium perpetrant, ob quæ meritò è mundo exterminandi sunt; ut autem discernatur, quænam observationes sint superstitiosæ, quænam non.

Q. 1. An superstitiosum sit, reliquias sive verba sancta suspenla gestare?

R. Debito modo verbum divinum applicare, aut Sanctorum reliquias ad repellenda præstigia diabolica, atque nocumenta, quæ solent magi & sagæ ope Dæmonis causare, vel etiam ad salubres quosdam effectus à Deo impetrandos, non est superstitiosum, quia solet in ejusmodi verbis certa quædam esse efficacia, etiam multa mira & insolita consuevit Deus per Sanctorum reliquias operari, undè legitur in vita S. Thomæ, quod reliquias S. Agnetis ex collo gestare solitus sit, & per earum contractum Reginaldum socium suum à febre curaverit. Et de verbis sacris S. Aug. tract. 7. in Joan. ferè propè medium: *cum caput tibi dolet, laudamus, si evangelium ad caput tibi posueris*, ergo ob Dei & Sanctorum reverentiam laudabiliter cum pia quadam fiducia obtinendi, si divinæ voluntati placuerit, effectus quosdam, reliquiarum & verba sacra gestantur; superstitiosum autem est, si gestans reliquias vel verba sacra certò sibi persuadeat, quod infallibiliter effectus intentos consequetur, aut quod non possit lædi, non morietur sine confessione, quamdiu talia penes se ha-

se habet: cum nec ex naturâ, nec ex institutione divina sacra verba vel reliquiæ ad tales effectus sint ordinatæ. Deinde reverenter talia gestans imprimis attendere debet in verbis, quid scribatur vel proferatur, si enim sit aliquid ad Dæmonis invocationem pertinens, manifestè superstitiosum est, & ideo sitalis scriptura ignota nomina contineat, sollicitus esse debet, ne sub illis lateat aliquid illicitum, vel falsum v. g. Christum illo morbo laborasse, tunc enim effectus non posset expectari à Deo, qui non est testis falsitatis. Denique cavendum est, ne cum verbis sacris contineantur aliqua vana; puta aliqui characteres inscripti, præter signum crucis, neve habeatur spes in modo scribendi, aut ligandi, aut in quacunque huiusmodi vanitate, quæ ad divini numinis reverentiam non pertinent. v. g. quod in capsula triangulati vel quadrangulati debeant verba gestari, debeant esse scripta antequam legatur evangelium, ante solis ortum vel occasum, à virgine, nemine vidente, si enim seclusis illis nulla judicetur inesse efficacia, non à Deo vanis se non immiscente, sed a Dæmone expectatur effectus, ac ita est superstitiosum ex S. Th. hic Q. 96. A. 4. qui ad 2. respondet, quod etiam *in incantationibus serpentum vel quorumcunque animalium, si respectus habeatur solum ad verba sacra & ad virtutem divinam, non fore id illicitum.*

Q. 2. Quid sit dicendum de illis, qui quosdam edunt effectus, qui videntur naturalem virtutem excedere, v. g. quibusdam precibus suoque contactu vel etiam halitu medentur morbis incurabilibus, detinent sanguinem, interficiunt canes rabidos, pedibus nudis conculcant ignem, & alia mirabilia faciunt, quæ ultrà causarum naturalium vim esse videntur, an tales superstitionis sint condemnandi?

&c. Quoniam juxta Apost. 1. Cor. 12. v. 28. po-
 suit Deus in Ecclesia virtutes & gratias curationum,
 & credibile est, quod gratiæ illæ adhuc sint Eccle-
 siæ, temerè similia mira patrantur, si sint proba-
 tæ vitæ, superstitionis arguendi non sunt, nisi sint
 tales rationes, ex quibus constet, tales effectus à Deo
 non procedere, ut imprimis, si tales homines ar-
 bitrentur, à quocunque certis signis seu verbis ad cu-
 randos morbos utente posse obtineri talem effectum:
 cum virtus ejusmodi, quæ jam esset annexa verbis
 non personæ, non posset præsumi esse à Deo, adeo-
 que productio miri effectus sub illis verbis censi
 debet provenire à Diabolo. Deinde si verba seu sig-
 na sint vana vel ad effectus vanos eorum virtus ex-
 tendatur, quia Deus non immiscet se vanis signis
 ad causandos mirabiles effectus, & à potiori si utan-
 tur verbis Scripturæ in sensu improprio vel etiam
 falso ad tales effectus; aut profiteantur, quod præ-
 sente altero majori virtute prædito non possint ope-
 rari; cum virtus vel naturalis vel divinitus concessa
 ex hoc non possit impediri; idem est, si pro pretio
 virtutem suam alteri velint communicare, vel si utan-
 tur ejusmodi virtute ad movendam statuam motu
 progressivo, sive ut ab ipsa extorqueant responsum
 aliquod, pedibus conculcent iguem; cum hujus-
 pia nulla esset utilitas; si suo halitu vel tactu suo ve-
 nenato aliis noceant; cum Deus non cooperetur
 specialiter ad malum. Si vero quispiam utatur ver-
 bis rectis & signis convenientibus v. g. invocando
 nomen Jesu seu Sanctissimæ Trinitatis, vulnera
 tangendo manu, aut etiam afflando halitu, seu
 porrigendo panem à se benedictum vel tactum, &
 deinde sit probatæ vitæ, potest probabiliter credi,
 quod gratiam gratis datam curationum habeat;
 tamdiu enim non debet effectus tribui virtuti Dia-
 bolicæ

bolicæ sine sufficiente fundamento, quamdiu probabile est, quod à Deo proveniat; sicut etiam in dubio: an effectus naturaliter proveniat à causa applicata, reputandum est potius, quod causæ applicatæ inexisteret virtus naturalis respectu talis effectus, undè tunc nulla est superstitio, ut enim S. Aug. lib. 14. de civit. Dei cap. 24. inquit *hominum quorundam naturas novimus multum ceteris dispares & ipsa varietate mirabiles, nonnulla, ut volunt de corpore suo facientium, quæ alii nullo modo possunt, & audita vix credunt; variisque ibidem ostendit exemplis, quod ea sint naturalia ex naturali causarum virtute procedentia, quæ velut miracula habentur, igitur non omnia, quorum causas ignoramus, adscribenda sunt superstitio, etiam ex hac ratione, quod delicta non sint præsumenda sed probanda; ergo effectus aliquis non est superstitio adscribendus, quamdiu non constat ipsius causam non esse naturalem, maximè cum virtutes causarum naturalium sint multiplices etiam sapientioribus frequenter ignotæ; quia tamen difficile est discernere, an effectus aliquis à causa naturali vel à Deo, an vero ex superstitiosa & damnata arte magica prodierit, merito sapientium in hoc doctrina consulenda est, qui expendere valeant, an subsint rationes probabiles, ob quas saltem opinativè judicari possit, quod causa naturalis sit potens ad talem effectum isto modo efficiendum, econtrà si prudentes & sapientes judicent, quod causa naturalis ad talem effectum valere non possit, & Ecclesia non proponat illud ut causam ad hunc effectum specialiter ordinatam, censeri debet vana & superstitiosa oblerantia; hinc superstitiosum est, verba vel signa sacra deferre seu usurpare sub fiducia immunitatis infallibilis ab aliquo fortuito casu, quia talis infal-*

libilitas

De S
 libilitas m
 Ecclesie t
 est in eo,
 ne aut san
 tum vel sul
 certo missa
 in Dei verb
 quis in ce
 sancti alic
 rovenatic
 Christi in
 que Christ
 te nullam
 tinatur al
 ulla effect
 Q. 3. An
 am acqui
 x. 1. M
 am, est i
 no quoru
 adam orat
 1. vocat
 maginesafr
 vna ordina
 m habent
 melius utens
 Damone,
 m scientia
 voluntate
 ressi quali
 tructi, e
 ant ac disp
 tur Dam
 ras intellig
 linguis p
 1. The

libilitas nullibi in sacra Scriptura asseritur, nec ex Ecclesiæ traditione habetur, à fortiori superstitio est in eo, qui credit, se consecuturum bona fortunæ aut sanitatem recitando preces v. g. ad solis ortum vel sub tali figura, sub tali voce vel etiam sub certo missarum numero, dum alioquin si talis, quæ in Dei verbo nullatenus fundatur, credulitas absit, si quis in certo numero vellet mysterium aliquod vel sancti alicujus memoriam recolere v. g. in numero novenario novem mensium à tempore conceptionis Christi in utero B. V. gestationem, in quinario quinque Christi vulnera; modo illud quod agitur aliunde nullam includat vanitatem, nec in numero constituatur aliqua infallibilis effectus obtinendi vis, nulla esset superstitio, sed pia devotio.

Q. 3. An is qui vanis & superstitiosis mediis scientiam acquisivit, eadem uti possit?

R. 1. Medium superstitiosum acquirendi scientiam, est inspectio quarundam figurarum aut prolatio quorundam verborum, etiam adhibitis quibusdam orationibus & Jejniis, quam S. Th. hic A. 1. vocat artem notoriam, quia figuræ illæ v. g. imagines astronomicæ nullam ex natura sua, nec ex divina ordinatione, nec ex influxu cælestium corporum habent vim causandi scientiam, ergo talibus mediis utens ad acquirendam scientiam expetit illam à Dæmone, non quasi Dæmon possit infundere veram scientiam, quia non potest agere in intellectum & voluntatem, & licet Anabaptistæ videantur in sua hæresi quasi momentaneè à Dæmone scientiâ esse instructi, cum licet alias rudes ex Scripturis discurrant ac disputent, reverà tamen per illorum os loquitur Dæmon eosque ità infatuat, ut putent se Scripturas intelligere, ad modum quo Dæmon per obseflos linguis peregrinis & ignotis loquitur, quas obsef-

si non intelligunt; quod patet inde, quod reversi ad catholicam fidem sint rudes sicut prius, verum potest Dæmon causare scientiam naturalem indirectè & mediatè phantasiam scil. movendo, species sensibiles coordinando & applicando, ut intellectui ad acquisitionem scientiæ sub brevi tempore servire valeant.

2. Scientia naturali hoc modo per Dæmonis cooperationem semel acquisita potest aliquis licitè uti, quia neque in ipsa doctrina, qua supponitur veris principiis philosophicis innixa esse, neque in ejusdem usu jam ulla intervenit superstitio, estque per accidens, quod, dum in se ipsa non continet falsitatem seu deceptionem ac illusionem Diabolicam, fuerit comparata Dæmonis ope; idem est de usu aliarum rerum Dæmonis ope acquisite, modo conservatio earum non dependeat à Diaboli operatione, in divitiis tamen, quia sæpe sunt sublata vel fallaces, attendendum est, ne vel bona injustè ablata retineantur, vel alii fallacium pecuniarum commerciis decipiantur.

Q. 4 Qualiter maleficia posita debeant ac possint tolli?

R. I. Si maleficium sit alteri nocivum, gravis est obligatio ad id tollendum, modo licita ad hoc suppetant media, & quidem imprimis ipsi maleficiale nocumentum inferenti, pœnitenti ex Justitia, reliquis autem ex charitate incumbit tale nocumentum remove mediis licitis, qualia media sunt preces aliaque pia opera, usus Sacramentorum, missæ sacrificium, cultusque Sanctorum & sacrarum reliquiarum, tum aqua, sal, & aliæ res benedictæ seu exorzizata, tum signum crucis, veneratio Sanctissimæ Trinitatis, rememoratio passionis Christi ac invocatio nominis Jesu, deinde si maleficium illatum consistat in aliqua impressione nociva naturali, medica-

medicamentis aliisque naturalibus mediis tolli seu enervari potest, quamvis hæc vix sint efficacia, nisi Dæmon spiritualibus exorcismorum aliarumque sacrarum rerum mediis compellatur desistere à nocendo.

2. Media, quæ ex ipsa arte magica ac Dæmonum ope suppetere possunt, pro tollendis maleficiis non licet adhibere: quia non licet facere malum, ut tollatur malum vel eveniat bonum, & hinc ex quocunque etiam honesto fine non est licitum magum inducere, ut faciat ad tollendum maleficium aliquid, quod aliter effectum non obtinebit, nisi in vi pacti cum Dæmone initi, licet tamen ex odio facinoris tollere signa, quibus positus Dæmon pergit operari aut nocere, imò etiam intendendo cessationem nocementi: ità licet Judici talia media adhibere, quibus prætendi solet maleficium dissolvi v. g. quod faciat lavari maleficos, abradi eorum pilos, quando sunt torquendi, ne fortè in ipsis lateat aliquod maleficium, per quod fiant insensibiles in tormentis: quia pactum cum Dæmone initum ad nocendum alteri sub certo aliquo signo perindè explicari potest, ac si esset conditionatum, in vi cuius Dæmon se obstrinxisset ad continuandum malum seu nocementum illius, cui positum est maleficium tamdiu, quamdiu subsisteret tale signum, quo signo remoto dissolvitur pactum dependens ex talis signi positione, quod si ergo aliud non intendatur, quam dissolutio pacti cum Dæmone per maleficium initi, tunc intentio hæc ex parte finis est bona, nec medium in præcisa remotione seu destructione signi consistens est malum; ergo talis modus dissolvendi maleficium est licitus, imò etiam tunc licita est appositio signi contrarii de se boni aut saltem indifferentis, quo posito noscitur Dæmon se

obligasse à nocendo desistere, modo eo fine apponatur, ut cesset Dæmon à nocendo, & dissolvatur confœderatio prius facta, quia tunc nec ex parte finis nec ex parte medii intervenit inconvenientia.

Dices 1. Nullum licet expectare beneficium à Dæmone, atqui tollens signum ex intentione ne Dæmon noceat, expectat beneficium à Dæmone videlicet ne impediatur v. g. lac, butyrum, valetudinem, quæ obtinebit sublato tali signo.

R. Negando *Mi.* sicut enim gestans agnos Dei, salem benedictum, reliquias Sanctorum, ne Dæmon noceat, non à Dæmone, sed à Deo omne bonum expectat, sed tantum hoc agit, ne permittatur à Deo nocere, ita removens signum, quoposito Dæmon nocet, & quo sublato Dæmon non amplius nocet, hoc bonum alias impeditum petit & expectat à Deo, sed tantum hoc agit, ne permittente Deo Dæmon bonum illud impediatur.

Dices 2. Nunquam licet se immiscere pacto cum Dæmone invito neque à Dæmone volente sub certâ conditione aliquid præstare illud positivè expectando, neque faciendo aliquid, quod aliter non erit efficax nisi vi pacti cum Dæmone invito; atqui removens signum magicum, quo sublato Dæmon desinit nocere, ex hac intentione, ut desinat nocere, facit aliquid, quod aliter non erit efficax nisi vi pacti cum Dæmone invito: quia remoto signo de se æquè potest nocere Dæmon, ac alias signo non remoto, cum hoc signum non sit terminus nocendi ex voluntate Dei, sed ex pacto inter magum & dæmonem invito.

R. Ad hoc validum pro contraria sententia argumentum, quam propterea insignes Thomistæ defendunt. Distinguendo maj. non licet facere aliquid efficax positivè non nisi vi pacti cum dæmone con. non licet aliquid facere efficax negativè N. & simul sup. poli.

positum, quod hoc sit se immiscere pacto cum Dæmone inito: est enim potius pacto contravenire & pactum destruere, quam illi se immiscere. Similiter distinguitur Mi. licet enim remoto signo desinat nocere Dæmon in vi pacti dissoluti, qui alias permittente Deo etiam secluso pacto nocere posset, attamen destruendo signum reddit pactum inefficax & facit, non ut aliquid vi pacti fiat, sed ut nihil amplius vi pacti fiat.

Dices 3. Si liceat hoc modo tollere signum; ergo etiam licebit petere à mago, ut tollat signum, aut dissolvat maleficium.

R. Licet practicè loquendo à mago rariùs liceat petere signi magici sublationem aut maleficii dissolutionem: quia plerumque justa ratio subest iudicandi, quod sine novo pacto cum Dæmone vel maleficio, nec tollat signum nec dissolvat maleficium, attamen si moralis sit certitudo, quod utetur medio, in quo nihil superstitiosi continetur, illud licitè petitur, alias si efficacia mediæ quo pactum initum cum Dæmone est dissolvendum, subsistere deberet ex alia cum Dæmone initâ pactione, vel etiam destructio maleficii expeteretur facienda per ipsum Dæmonem, non liceret petere sublationem signi aut maleficii, sicut si peteretur, ut alium maleficium cogeret, aut eundem affligeret, quod fieret si v. g. fructum carnis de animali, cui illatum est maleficium, igni superponat vel flagellis cædat ad cruciandum maleficium & fortè tollendum maleficium; hoc enim medium ad istam violentiam malefico inferendam, non aliundè vim habet, aut affligit maleficium, quam ex operatione Diaboli. Ob eandem causam omnino illicitum est permittere malefico, ut ad removendum nocumentum animali illatum sub specie medicinæ utatur mediis omnino fri-

volis ad talem finem improprietatis : horum enim efficacia subsistere non potest , nisi ex virtute Dæmonis , cuius operationi ob effectum utilem consentire, eique se subicere non licet , consentiens autem curationi magicæ Dæmoni se subicit. Alias si moraliter certus sim , quod maleficus sit usus medio licito , & non dubitem prudenter, quod dissolvat maleficium superstitioso medio , quamvis habeat media licita , quibus id peragere possit , etiam à malefico dissolutionem maleficii petere possum ; stante autem prudenti dubio de usu medii superstitiosi non licet à malefico petere maleficii dissolutionem , etiam ob quodcumque nocuum evadendum.

Non obstat : Quod ab ipso non petatur usus medii superstitiosi sed tantum urgeatur ad pacti dissolutionem abstrahendo : an sit usus medio illicito vel licito & finis sit de se bonus , quod si ergo maleficus relicto medio licito amplectatur remedium superstitiosum, hoc ejus malitiæ sit attribuendum , nullatenus vero sit imputandum illi , qui sub indifferentiâ mediorum, quorum unum est malum , alterum vero saltem non illicitum , petit ob finem de se bonum intendendo pacti cum Dæmone dissolutionem , non quâ vitiosam , sed præcisè quâ dissolutionem maleficii, quam maleficus, si vellet posset licito modo ponere , sicut ab usurario licitè petitur ob necessitatem mutuam , quod non est daturus nisi sub usuris.

Contrà enim est : Quod petens à malefico dissolutionem maleficii , de quâ non est moraliter certus, quod sine superstitione sit facienda , interpretativè velit communicationem cum Dæmone , ac in eâ participet hoc ipso , quod petat , sicut ergo ipse non potest ad evadendum nocuum uti medio , de quo dubitat an sit superstitiosum , ità neque potest stante dubio de applicatione medii superstitiosi remotionem

male-

De Se
maleficii pet
curum ab
bonam, cu
ambantia,
cessitatem
co aliquid
um esse m
cto cum f
Q. C
ando co
82. Ter
requens te
tatio, prou
positas que
mus fit, c
bitur: pi
ctionis v. g
Deo non
Deo non ord
bus dubitat
scientiam
us à Deo ord
rit Deum A
no cognosce
od, 6, expete
poriam. E
ans Deum
sicut enim te
ri, ità, lic
Deum, et
nam ex ille
2. Ten
ova; expre
is expressis
scientiam,

maleficii petere à malefico. Nec est paritas de petente mutuuum ab usurario : quia talis petit rem intrinsecè bonam , cui ex parte usurarii adjungitur vitiosa circumstantia , quam censetur mutuuum petens purè ob necessitatem suam permittere ; econtra petens à malefico aliquid , ad quod prudenter dubitat , adhibendum esse medium superstitiosum ; participat de ipso pacto cum Dæmone in suam utilitatem cedente.

Q. 5. Quid & quale peccatum sit tentatio Dei & quando contingat ?

R. Tentatio ex primævâ significatione est idem ac frequens tentio, ac deinde explorandi causa facta attentatio, prout verò hic à S. Th. Q. 97. sumitur, est irreligiositas quædam religioni opposita per defectum, quâ minus fit, quam reverentia Deo debita exigit, ac describitur : probatio vel experientia alicujus divinæ perfectionis v. g. scientiæ, potentiæ vel bonitatis mediis à Deo non ordinatis attentata. Dicitur : mediis à Deo non ordinatis, nam si sine omni de his perfectionibus dubitatione quis ad probandam vel bonitatem vel scientiam vel voluntatem aut potentiam utatur mediis à Deo ordinatis, non est tentatio, sicut non tentavit Deum Abraham Genes 15. petens à Deo signum quo cognosceret ipsum esse qui se alloqueretur. Gedeon Jud. 6. expetens signum velleris ad prænosendam victoriam. Elias 3. Reg. 18. per ignem de cælo probans Deum suum omnibus idolis esse præferendum, sicut enim talia fiebant ex speciali instinctu Spiritûs Sancti, ità, licet fuerint media extraordinaria probandi Deum, erant tamen ordinata per divinam providentiam ex illo instinctu iis sanctis viris revelatam.

2. Tentatio Dei alia est *expressa* alia est *interpretativa*; *expressa est*, quando aliquis in suâ petitione verbis expressis postulat aliquid à Deo, ut exploret ipsius scientiam, potentiam seu voluntatem; vel quando per

ea, quæ facit, intendit sumere experimentum divinæ potestatis, pietatis aut scientiæ; *interpretativa* est quando quis non quidem intendit experimentum de deo sumere, aliquid tamen petit vel facit, quod ad nihil aliud utile sit, nisi ad probandam Dei potentiam vel scientiam &c. quemadmodum enim is qui equum currere facit, ut evadat hostem, non est dicendus experimentum sumere de equo; bene tamen is, qui equum currere facit absque utilitate, quia ad nihil aliud censetur istud facere, nisi ut experimentum capiat de equi velocitate, sic propter necessitatem vel utilitatem aggressurus rem arduam se committens divino auxilio minimè tentat Deum cum 2. Paralip. 20. dicatur: *Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.* Si vero tale quid agatur absque necessitate vel utilitate interpretativè tentatur Deus juxta Gloss. super illud Deut. 6. non tentabis Dominum Deum tuum, tali modo differentem: Deum tentat, qui habens, quod faciat sine ratione committit se periculo experiens utrum possit liberari à Deo. S. Th. hic a. 1. Q. Ex cujus discursu patet, quod fit Dei tentatio, quando aliquis, ut cognoscat Dei perfectionem, experimentum sumit vel etiam petit ut Deus aliquo miraculoso effectum suam voluntatem vel beneplacitum de aliquo futuro eventu manifestet, non autem quando aliquis experimentum sumit eorum, quæ ad divinam perfectionem spectant, ut aliis ea demonstret, tunc enim adest necessitas vel pia utilitas devotèque ad finem Deo placitum petitur ut Deus perfectiones suas aliis manifestet; ita Apostoli Act. 4. v. 29. & 30. petebant à Deo: *Da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti Filii tui Jesu.* Priore modo Deus verè tentatur committiturque peccatum ex genere suo grave contra reli-

De Sur
 religionem
 tentatio vel p
 de divinis
 Deo ut ind
 venienti r
 ostendat
 illud velit
 nec. fite
 se offert
 tormentis
 reparatio
 ult a Deo
 et, de que
 para an
 tent Deum
 et, licet f
 quidem e
 bonitat
 bulatam,
 men tentant
 tur à Deo v
 em dicend
 sufficenti f
 na necessita
 eret, spera
 carer: tun
 oris pericul
 on speraret
 eum.
 3. Proba
 terpretativ
 ma malitia
 id, ad ni
 bonitas &
 tali grave

religionem: quia est gravis Dei irreverentia, cum illa tentatio vel proveniat ex defectu fidei, aut dubitatione de divinis perfectionibus, vel saltem in eâ petatur à Deo ut indebito extraordinario vel de se inutili & inconvenienti medio, quod divina providentia non disposuit, ostendat Deus, quod sit Sapiens, potens, seu hoc vel illud velit, taliter interpretativè tentat Deum, qui sine necessitate confirmandi fidem aut proximos in fide se offert Tyranno confidens se miraculosè à Deo à tormentis liberandum; item ille, qui sine debitâ præparatione accedit ad orationem, & nihilominus vult a Deo oratione indebitè factâ obtinere, quæ petit, de quo Ecclesiastici 18. v. 23. *Ante orationem prepara animam tuam & noli esse quasi homo, qui tentat Deum*; Si verò, ut ordinariè fit, simpliciter oret, licet sit imparatus ac exaudiri se confidat, ut non quidem ex merito & efficaciam orationis suæ sed ex merâ bonitate & liberalitate Deus sit concessurus rem postulatam, non quidem propriè tentat Deum, est tamen tentanti similis: quia ex modo suæ orationis videtur à Deo velle exaudiri, perindè ac si rectè oraret. Idem dicendum videtur de eo, qui absque studio prævio sufficienti susciperet officium prædicandi, si enim citra necessitatem & absque speciali Dei instinctu hoc faceret, sperans se à Deo illuminatum iri, graviter peccaret: tum ex eo quod tentaret Deum; tum quod erroris periculo se exponeret, alias si hunc effectum non speraret, esset quidem temerarius sed non tentans Deum.

3. Probabilius est nullum in tentatione Dei etiam interpretativâ dari materiæ parvitatem. *Ratio est*: quia malitia hujus peccati in eo consistit, quod fiat aliquid, ad nihil aliud conducens, nisi ut ex eo probetur Dei bonitas & potentia aut voluntas, quod in ordine morali gravem habet deordinationem, & quidem tan-

to graviolem, quanto minoris momenti est opus assumptum, ut propterea cuidam quasi examinationi per experimentum temerè intentum exponatur divinæ bonitatis seu potentiæ excellentia; ergo licet in esse entis & physice spectata materia sit parva, in ordine tamen morali est magna, nec consequenter malitiam minuere potest; veligitur omnino deest malitia tentationis dei v. g. in eo qui non tam in miraculo, quam in naturæ suæ viribus confidens in levi morbo despicit medicinam, vel est malitia mortalis, si adsit formalis dei tentationis malitia, ut in illo, qui ex solâ curiositate videndi miraculum, absque hoc quod ad dei gloriam & animarum salutem illud sit necessarium, expetit à deo opus miraculosum, quia formaliter vult ut deus esset cooperatoꝝ suæ curiositatis seu temeritatis taliter intentæ.

4. Ad tentationem dei pertinet omnis probatio, sub quâ miraculosus effectus in confirmationem veritatis seu purgationem innocentia absque manifestâ necessitate expectatur, qualis est probatio per duellum prohibita cap. 1 & 2. de purgat vulg lib. 5. tit. 35. cum deus nullibi promiserit in duello alterius innocentiam patefacere; per aquam, cui immerguntur mulieres de magia suspectæ & si supernatent nocentes, si verò submergantur, innocentes habentur; ferri candentis vel aquæ ferventis, quæ cum juxtâ vim naturalem lædant, per miraculum expectatur ostensio innocentia, per hoc quod tangens non læderetur. Cui probabilis additur detectio homicidii per cruentationem cadaveris in præsentia illius, qui suspectus est de homicidio, factam. De his & similibus probationibus ita S. Th. hic Q. 95. a. 8. ad 3. *Judicium ferri candentis vel aque ferventis ordinatur quidem ad alicujus peccati occulti inquisitionem per aliquid, quod ab homine fit, & in hoc convenit cum sortibus: in quantum ta-*

men

De Super
men expecta
excedit comm
modi judicium
ad iudicanda
tam etiam que
divina sancit
Can. consului
te purgat. C
pro coronic
a statuta d
quod per illa
determinatus
do extraordin
quando videli
candens vel a
id enim factu
bit ex speciali
innocentis sin
bit amplexu
divina bonita
tatem nemo se
fortiles probati
cui instinctu n
divina veritatis
bit ab igne libe
bus testimoniis
tibus, aut si ali
deus providebi
efficaciter insp
nem ejusmod
piratione no
racula.

men expectatur aliquis miraculosus effectus à Deo, excedit communem sortium rationem, unde huiusmodi iudicium illicitum redditur: tum quia ordinatur ad iudicanda occulta, quæ divino iudicio reservantur, tum etiam quia huiusmodi iudicium non est auctoritate divinâ sancitum, reprobatur etiam tale iudicium in Can. consulisti 20. Causa II. Q. 5. cap. ex tuarum 8. de purgat. Canon. lib. 5. tit. 34. ex quibus omnibus pro coronide hæc statuitur regula: quælibet probatio à statuta dei providentia aliena est dei tentatio, eo quod per illam quærat effectus miraculosus à deo non determinatus, cui regulæ non obstat, quod aliquando extraordinariè has probationes deus approbaverit, quando videlicet purgationem per ignem seu ferrum candens vel aquam ferventem miraculis confirmavit; id enim factum est, quando talis probatio suscepta fuit ex speciali Spiritûs Sancti instinctu vel ex alicujus innocentis simplicitate, qua bona fide tale medium fuit amplexus, cui proinde extraordinario modo divina bonitas testimonium præbere voluit; sicut autem nemo se sine speciali instinctu Spiritûs Sancti ad similes probationes offerre debet, ita quoque sine speciali instinctu nemo debet in confirmationem alicujus divinæ veritatis spondere miraculum v. g. miraculosam sui ab igne liberationem: quia vera fides sufficientibus testimoniis roborata non indiget talibus probationibus, aut si aliquando harum necessitas intercedat, vel deus providebit absque miraculorum petitione, vel efficaciter inspirabit & movebit cor alicujus ad petitionem ejusmodi, ergo sine speciali Spiritûs Sancti inspiratione non licet offerre vel etiam à deo petere miracula.

